



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statu In Quo Sint Beatorum Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicii diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

PROPOSITIO XXXVII.

OMnium præterea mors & passio sanctorum est imago Christi.

CENSURA.

Passio sanctorum est satisfactoria. Colo. 1. Gaudeo in colof. 1. passionibus pro uobis.

CONDEM. CENSURAE.

Haec propositio superiori cognata est, hoc tantum admonendus est frater, Paulum nihil de satisfactione locutum. Singuli sancti singula membra sunt ecclesiae, & quis debet ebibere suum calicem. Quousque ergo aliquis sanctus mensuram suae passionis non expleuit, eousque deest siue superest passio Christi in carne illius, qui passurus est, in exemplum ecclesiae. Christus dedit nobis exemplum, ut nos sequamur uestigia ipsius. 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi emundauit nos ab omni peccato. Et Apo. 1. Vibice Christi sancti sumus ex æquo omnes, qui mortuus est unus pro omnibus. 1. Jo. 1.
1. Apo. 1.

PROPOSITIO XXXVIII.

Fides est duplex, generalis quam & daemones habent.

CENSURA.

Contradicit sibiipso, ponit ex se fidem non bonam.

CONDEM. CENSURAE.

DE fide iustificante satis. Quod autem duplex sit fides, altera
p 2